



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Bonis Operibus Docto. Martini Lutheri Liber

Luther, Martin

Vuittemberge, 1521

VD16 L 7151

Trigesimoprimo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-3333

& sciat & possit vniuersumque iuuare? Quinimo, scit quidem & potest, sed non vult solus id ipsum facere. Vult enim una nobiscum operari, nobis illud habet honoris, ut una nobiscum & per nos sua velit opera operari. Nobis igitur hoc honoris renuentibus, nihilo secus ipse perficiet, pauperes adiuuans, cum iniustis, eos qui ipsi noluerunt esse adiumento, honorē magnū sui operis contemnentes, damnaturus, tanq; eos qui cum iniustis senserunt. Sicut ipse quidem solus beatus est, sed qui nobis hunc tribuat honorem, & nolit solus esse beatus, sed nos una secum beatos habere. Præterea si hec solus faceret deus, essent præcepta eius frustra data, ut nemine habente causam sese exercendi in magnis operibus preceptorum eius. Neque quisquam obseruaret, an deum & eius nomen pro summo bono iudicaret, & propter eum oīa piculus obseruaret.

TRIGESIMOPRIMO.

¶ Huiusmodi operis etiā est, resistere omnibus falsis, pertuisis, seductorij, errabundis, & hereticis doctrinis, sed & omnibus abusibus spiritualis & ecclesiasticę potestatis. Quod multo est sublimius. Nam hi recta nomen dei nomine dei oppugnat. Quare magna specie, & magni periculi videtur illis ipsis resistere, dum prætexunt deo & oīibus eius sanctis quorū vices gerunt, & quorū potestate vtantur, resistere quicunque ipsis resistunt, dicentes de ipsis a Christo dictum esse. Qui vos audiret me audit, qui vos spernit me spernit. Quibus verbis fortiter subnixi, feroces & audientes fiunt, dicendi, faciendi, dimittendi, quodcumque volūt, excōscandi, maledicendi, rapiendi, occidendi, & omnes suas iniquitates, omnia sua p̄bra & dedecora vitumque eorum fert voluptas, & qualiacunque possunt ex cogitare, nullo parandi impedimentoo. Verum Christus non putauit eos in omnibus quicunque loquuntur & faciunt audiendos, sed tantum quando ipsius verbum Evangelicum, non propriū ipsorum verbū, sua opera non propria nobis proponunt. Quomodo enī alioquin sciremus an eorum mendacia & peccata fuerint vitanda? Necesse enī est habere regulam quatenus & audiendi & imitandi sint, non ab ipsis, sed a deo super ipsos positā, ad quā nos dirigam⁹ & ducam⁹. Sicut ī quanto p̄cepto audiem⁹. Sic ergo oportet esse, ut in spirituali quoque statu maior pars sit falsa doctrina, cōciones, & abuso ecclesiasticę potestatis, ut nobis causa & occasio dentur ad huius precepti opera facienda, & nos tentemur, quid nos ergo eiusmodi impios & dei blasphematores pro honore & gloria dei velimur vel facere vel dimittere, O ytūnam hic probi essemus, Quotiens offe-

Aduersādū
impījs doc-
toribus.

Non audi-
di Pontifices
nisi doceant
verbū dei.

tales, nebulones suam tum Papalem tum Episcopalem extor-
municationem frustra inferrent. Quam vehementer langues-
cent & deficerent Romanensia tonitrua, Quotiens obmutescen-
dum esset, ei quem nūc mundus cogitur audire. Quam parum
inuenirentur prædicatorum & cōcionatorum in orbe Christiano.
Sed ita malum illud inualuit, vt iustum rectumq; sit quicquid
ip̄i proponant sibi. Hic nemo est mortalium, qui pro dei noī
& gloria pugnet. Equidem crediderim nec maius nec frequē-
tius peccatum adimiti in exterioribus operibus, quā in hoc præ-
cepto. Est enim altius p̄ ut multi intelligent, & allequantur, atq;
deo etiam dei nomine & potestate sic ornatum, ut periculosum
sit attingere. Verū prophet̄ olim in hoc magistri artifices fuere,
sed & Apostoli, postillū diuus Paulus, qui nihil morati, ni-
hil curantes, siue summus, siue infimus sacerdos dixisset, siue in
dei siue suo ipsius nomine fecisset. Observabant em̄ & verba &
opera, conferentes ea cū dei præceptis, non respicientes siue mag-
nus Ioann, siue parvus Nicolaus vel in dei vel in hominis noī
id fecisset. Itaq; mori cogebātur. De qua re n̄a etate plura essent
dicēda, vt qua oīa longe peius agātur. Sed Ch̄m Pet̄r & Pau,
oportet hęc suis sanctis nominibus ita tegere, ut nullū magis pu-
dendū pudoris & dedecoris operculum in terras venerit, quam
sanctissimū & super benedictū nomen Ihesu Christi. Possit ig-
tur abominari vitā, tantū proprie abusum & blasphemia sancti
nominis dei. Inter quæ, si id diut⁹ substiterit, vereor futurum,
vt Saranā p̄ deo adoren. Tanta & tā immoderata impudentia
& sacri siue spirituales & docti omnia agunt. Summe igitur tem-
pestuum est, vt deum oremus ex animo, vt nomē suum sancti-
ficet. Sed hoc sanguine constabit, & eos qui in bonis martyrum
sident, & qui eorum sanguine acquisiti & seruati sunt, oportet
vt ipsi rursus martyres faciant. De qua re alias plura.

DE TERTIO PRÆCEPTO DEI. PRIMO.

Iam vidimus quantū sit honorū operū in secūdo dei p̄cepto,
quę tamē per se non sunt bona, nisi in fide, & fiducia divini erga
nos amoris progradientur. Vt̄nam igitur vel hoc solum obser-
varemus præceptum, interim tantum occupati, interim prohdos-
lor tot alijs operibus negociosi, huius operis prorsus imperiti.
Nunc ergo sequitur tertium præcepium. Sabbathi sanctifices,